

tubo palmorum undecim Rom. A B vero
est partium 12. (*Vide Fig. 5.*)

Menelaus 25 exit. (25 est numerus ma-	9	2	○
culeæ assignatus in Lunæ imagine, à Parisi-			
ensi Academia edita.)			
Macula clarior sita ante Plinium exit.	9	5	○
Hermes ab umbra prodit.	9	6	○
Plinius emergit.	9	50	○
Incipit emergere Posidonius 27.	9	16	○
Maris Crisium limbus prior emergit.	9	18	○
Totum Mare Crisium extra umbram.	9	25	○
Langrenus 39 exit.	9	24	○
Umbræ extreum in limbo Lunæ adhuc	9	24	30
videtur.			
Finis umbræ veræ.	9	25	○


V. *Conspicetus Maculæ Platonis in Luna cœlo
clarissimo nocte sequente diem 16 Augusti 1725,
hora prima post occasum Solis Romæ in monte
Palatino, per tubum opticum Josephi Campani,
palmorum 150 Romanorum, spectante eodem
Viro Cl. Ex eadem Epistola.*

MArgines elevati in ambitu maculæ perfundebantur luce Solis, & candorem consuetum ostendebant: fundus maculæ tenebrosus spectabatur, cum ad illum radii solares nondum pertingerent. Sed proiec^{tio} lucis minus candidæ, imò nonnihil rubescens, pervadebat medium aream maculæ (ut in *Fig. 6.*) non secus, ac si in latere marginis A Soli obverso foramen aliquod fuerit, per quod radius Solis admitteretur.

Cl-

Clarissimus hic Vir in sua, quam ad me scripsit, epistola, ratiocinari super hoc maculae conspectu non nihil voluit, suamque de ea re mentem exponere. Duplicem verò innuit causam, unde prædictus effectus procedere posset; vel scilicet foramen in latere marginis Soli obverso; vel refractionem alicujus radii solaris in summitate marginis saeculam, unde interiores partes ipsius maculae pervaderet radius. Utrumque sane probabile, & utrumque pariter confirmat, dari circa Lunam Atmosphærā nostrā non absimilem, ut & ipse Auctor insert; sive enim foramen admittamus, per quod Solis radius introducatur, & h̄c sane neutiquam videri posset in obscuro cavo maculae, nisi ab exhalationibus lucem reflectentibus fieret conspicuus; vel admittamus refractionem, & h̄c sine intermedio crassiori dari nequit. H̄c addere volui, ut ratio innotesceret, quæ laudatissimum Virum adduxit ad hujus maculae observationem accuratè describendam.

Fig. 1.



Philos. Trans. 396.

Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 5.




Fig. 4.




Fig. 6.




Fig. 7.

